

6

ARGVMENTVM

Quinque

REMONSTRANTIVM ARTICVLORVM,

Execrandam eorundem impietatem Lectori exercitato nude ante oculos constituens:

Ad cautionem omnium verorum Christianorum, ex ipsis Remonstrantium scriptis in Collatione Hagiensi promulgatis, elaboratum.

Levit. 5, 1.


Quum peccaverit quispiam, & audierit vocem blasphemiæ, cujus ipse testis sit, sive viderit, sive cognoverit: Si non judicet utique feret iniquitatem ejus; Id est, Illius peccati reus erit.



ANNO 1632.

Argumentum quinque Remonstrantium articulorum.

Quinque Remonstrantium articuli, vere, sed latenter, athei sunt: Qui dum Sacro Sancto Dei nomine blaspheme abutuntur, hoc unum student, ut fucatis verborum paleis hominibus subdole imponant.



Ujus impietatis rei peraguntur, dum Religione Christiana funditus abnegata, eorum quæ sacris Litteris, de *Deo*, de *Christo*, de *Spiritu Sancto*, de *Remissione peccatorum*, de nostra *redemptione, de reconciliatione*, cum Deo, *de æterna salute, de immortalitate animarum*, docemur, nihil noverunt: *Quamvis enim Dei, Christi*, aliorumque omnium sequentium appellationibus ipsi quoque utantur, Omnia tamen alius plane generis sunt & naturæ de quibus isti loquuntur: *Hanc ob causam.*

1. *Christum* alium nullum noverunt, quam qui sanguine suo, prius fuso, ipsos homines acquisivit, jam viventes omnes ac singulos; & qui his nihil peperit majus. *Collatione Hagiensi belgica*, pag. 155, lin. 14, 24. 146, l. 24, 28. 158, l. 42. 153, l. 7. 170, l. 13, 15. 178, l. 30. 419, l. 19. 118, l. 24. 119, l. 38. 371, l. 16, 30. 264, l. 28. 267, l. 35.

A naturali sive carna...

Cui fundamento totam porro impietatis suæ molem superædificantes,

2. Asserunt, sanguinem Christi ejus esse naturæ, ut omnis illius vis & efficacia, à solis eodem sanguine acquisitis, impediri, proteri & conculcari semper posit: Eumque à multis quoq; acquisitis conculcari; qui propterea, non defectu Christi ipsiusq; beneficiorum, sed propria sua culpa pereunt: pag. 419, l. 7, 17, 20. 158, l. 17, 32. 269, l. 36. 413, l. 9, 35. 255, l. 41. 146, l. 30, 35. 150, l. 41. 356, l. 3, 18, 28. 419, l. 20. 157, l. 15.

3. Asserunt, Christi sanguinem in Cruce fusum, non ob ullam personæ dignitatem, sed in se & sua natura, ejus valoris esse & efficaciæ, ut abunde sit sufficiens, ad bona quidem acquirenda, non tamen ad acquirendam actualem ullius boni fruitionem: Propterea, sanguinem Christi, sufficere quidem ad omnes homines *acquirendos, aspargendos, mundandos*, Deo *reconciliandos, redimendos, liberandos* & *Sanandos*; *Tamen*, actualem horum bonorũ *fruitionem*, nemini acquisitam: Sed eam fruitionem liberam esse actionem ipsius hominis acquisiti; A cujus libere volendi potestate penitus pendet, velitne bonis & mediis acquisitis frui, an, secus.

Christum enim *Omnipotente* virtute nihil quicquã in quoquam mortalium

operari: pag. 145 l. 13. 416 l. 29. 85, l. 19 22. 155, l. 25. 152, l. 24. 419 l. 19. 166 l. 37 43. 71. 419 l. 7 14. 158, l. 17 42. 154, l. 17, 22. 27, l. 25. 277, l 5. 279, l. 6. 173, l. 1. 281, l. 18, 22. 245 l. 20. 181, l. 28. 413, l. 9, 35. 419, l. 20. 358, l. 12. 251, l. 30. 253, l. 34 43. 265, l. 7. 422, l. 8. 229, l. 37. 270, l. 28. 242, l. 35.

4. Affirmant, Chriſtum nihil niſi *media* peperiſſe: Id eſt, omnibus ac ſingulis hominibus gratiæ Dei fores ſanguine ſuo aperuiſſe: At mediis eſſe utendum & hominem ad ipſarum ædium ingreſſum, ut quoque ad quæſitorum bonorum *fruitionem*, non pertingere, ſine ſua opera & cooperatione: pag. 166, l. 37 43. 410 l. 17, 22 28. 145 l. 13. 147 l. 16. 172, l. 32, 37. 173, l. 1. 147, l. 13. 158, l. 32. 146 l. 33. 150 l. 41. 181, l. 28. 83, l. 29, 35. 271, l. 25. 342, l. 32. 229 l. 6. 267 l. 35 39. 166 l. 4.

5. Aſſerunt, ea *media* quæ Chriſtus ſuo ſanguine peperit, eſſe ex ſe, *& ſua natura, viva, potentia ſufficientia, & Spiritum, aliaque omnia, offerentia*; Quorum virtute qui vult, & ipſe in mora aut culpa non eſt, ad *vitam*, & fruitionem omnium quæſitorum bonorum, efficaciter pertingit: quin potens fit ad vivendum Deo in ſanctitate & juſticia, ac ſic in Cœlum ipſemet libere prorumpendum: pag. 256, l. 28 38. 84 l. 10. 410, l. 17. 83, l. 29, 38, 43. 258, l. 1, 13, 16, 19 33, 35. 265, l. 4, 7. 379, l. 34. 350, l. 20, 25.

6. Vrgent, mediorum & verbi Dei honorem atque virtutem non eſſe minuendam: Idcirco neque vim aliquam invincibilem, neque *Spiritus* operationem, neque vitæ *fontem*, vel *ſupra* vel *extra* verbum Dei, eaque viva, potentia & ſufficientia *media*, quemquam debere quærere: pag. 258, l. 2, 10, 16, 23, 36. 257, l. 42. 84 l. 10.

7. Aſſerunt, ſi Deus verbum ſuum prædicari ſinit hominibus quibus vivificantem *Spiritum* Chriſti ſimul non offert, Tum eum apud hos homines ſimulatum hypocritam agere, & poſtea eos nullo ipſorum merito condemnare: Se propterea arbitrari ubicunque & quibuſcunque Deus verbum ſuum ſinit prædicari, ibi ipſum vivificante ſuo *Spiritu* quoque adeſſe paratum ad convertendum, licet non ad id præſtandum modo inevitabili: pag. 258, l. 1, 19, 22. 266, l. 37, 39. 267, l. 20. 258, l. 35. 238 l. 8, 10, 25.

8. Aſſerunt *abſurdum, ineptum, & falſum* eſſe, quod ordine quis fuit fidelis, & *ovis* Chriſti, *prius* quam Chriſtus pro eo mortuus ſit, eumque ſuo ſanguine acquiſiverit: pag. 155, l. 23. 156, l. 34. 158 l. 40. 146 l. 28. 419 l. 7, 17, 20.

9. Aſſerunt, Chriſtum ante ſanguinis ſui effuſionem nullas habuiſſe *oves*: Sed eum ſanguine ſuo, *prius* homines acquiſiviſſe: Acquiſitorum vero hominum poſtea, alios fideles & *oves* Chriſti, alios infideles & fœtentes Hircos fieri, ut mediis adminiſtratis libere vel volunt vel nolunt uti: pag. 416, l. 16. 155, l. 14, 24, 29. 146, l. 24, 28. 156, l. 34. 158, l. 42 157, l. 7, 9, 13, 15. 84, l. 7, 17.

413,

413,l.35. 421,l.27. 83,l.35. 265 l.8. 266,l.38. 419 l.17,20.

10. Asserunt, sanguinis Christi in Cruce effusionem, hominis eo sanguine acquisitionem (ac *fidem & infidelitatem*) ordine antecedere, necessario: Cum, 1. quia illos pro quibus Christus morte antecedente non est mortuus, impossibile est credere, se Christi morte & sanguine esse acquisitos; & impossibile quoq; est illos sanguinem Christi ulla incredulitate proterere & conculcare. Tum, 2. quia fieri non potest ut talibus Deus fidem imperet, nisi simulate hac in parte cum illis agat, velitque illos fidem habere mendacio, & postea ob infidelitatem, nullo ipsorum merito perire: pag.416,l.25. 85, l.19,21. 155 l.14.24. 120 l.8. 119,l.38. 419,l.7,10,14,20.

11. Asserunt, *Bonis* acquisitis potiri, eaque sibi applicare, qui vult: Iisdem vero non potiri, qui iis frui, eaque eligere & sibi applicare, non vult: pag.154, l.17,22. 237 l.40. 238,l.6,10,25. 277,l.6. 255,l.28,41. 253,l.34. 251,l. 30. 250 l.37.

12. Asserunt, *Christum* acquisitorum bonorum *fruitionem*, omnemque in genere *actualem* operationem, ab homine exigere, ut condicionem *antecedentem*, Iuxta fœdus, *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*: qua condicione non præstita, neque ipsum facere id quod pollicetur: pag.352,l.30. 241 l.5, 9,25. 154 l.17,22. 410,l.17,22,28. 261 l.5. 420,l.5. 83,l.29 35,43. 350, l.20,25. 253,l.34. 255,l.28. 177,l.32. 281 l.18,22. 243,l.24. 241,l.5.

13. Docent, se ignorare quæ sit illa *actualis* cũ Deo *reconciliatio* ac *liberatio & redemptio*, quæ sit illa *Salus, remissio peccatorũ, prima resurrectio, vivificatio, conservatio*, que sit illa *Spiritus & seminis Dei vita*, cujus quisquã mortalium fiat consors & *reipsa* particeps, necessario, & citra liberũ liberè volendi potestatis interventum: Quam quoque homo libera sua volendi potestate, nequeat irritam facere atque impedire: pag.419,l.7 11 20. 172 l.32 37 43. 238,l.8. 173,l.1.22. 166,l.37,43. 181,l.28. 178 l.31. 177,l.33. 255,l.28,41. 150, l.41. 381,l.12,32. 420 l.5,27. 267,l.20. 270 l.19,30. 268 l.40. 229 l.39.

14. Docent, medij acquisitionem latius se extendere, quam ejusdem liber *usus*, & *Gratiæ* Dei, *mediorumque* voluntaria *fruitio* sese exporrigit: *Quia fundamentum stat*, Deum *omnipotente* virtute & contra *voluntatis* humanæ naturam ac libertatem, nihil in quoquam operari: pag.154 l.17,22. 158 l.17,32. 252,l.1,4,31. 255,l.28,41. 254,l.2,15. 265 l.5,7. 258,l.1,36,42. 83 l.29, 35 43. 232 l.37.

15. *Deum* alium nullum noverunt, quam qui operationem suam in homine exerens, supra invitationes, suasiones, & conatum, nihil præstat majus: pag. 270.l.2 14. 272,l.24. 260 l.30. 301,l.17. 257,l.8,41. 344 l.10,25.

16. *Deum* nullum noverunt qui in homine *omnipotente* virtute quicquã operetur: Propterea, tale de hominibus *servandis & damnandis* decretum, talem

præterea Dei omnipotentis operationem ad salutem necessariam, talem cũ † Deo *reconciliationem, redemptionem, mundationem, sanctificationem, liberationem, talem regenerationem*, *vivificationem*, *conversionem*, talem Dei *dextram*, animo nolunt concipi,

Qualem imaginantur Calvinistæ, ijque omnes qui in ea hærent (ut isti loquuntur) opinione, *A.* propositum Deo esse, absolute & *omnipotente* virtute, decretum suum exequi: *B.* Et in hominis conversione, inde ab initio usque ad finem, omnia habenda esse pro donis infusis: *C.* Adhæc, homines una Christi morte, sine ulla ipsorum opera, & diligentia aut cooperatione, *reipsa* semel Deo reconciliatos esse ac redemptos: Quæ omnia quinque *Remonstrantium* articuli, *perabsurda, perinepta, & insulsa*, ac *falsa esse autumant*: pag. 272, l. 18, 28. 82, l. 22, 35. 410, l. 17, 22, 28. 162, l. 29. 178, l. 5. 267, l. 18, 35. 246, l. 36. 271, l. 5. 380, l. 20. 426, l. 33. 348, l. 5. 158, l. 17, 32. 157, l. 15. 387, l. 23. 356, l. 3, 30, 33. 95, l. 20. 267, l. 18. 162, l. 23, 29. † 172, l. 32, 37. 173. l. 1, 22. 419, l. 7. 120, l. 40. 146, l. 30. 149, l. 28. 266, l. 37. 166, l. 37. 43. 152, l. 24. 419, l. 19. 418, l. 17. 252, l. 43. 253, l. 31, 43. 254, l. 2, 15. 243, l. 9, 23, 38. 193, l. 5. 165, l. 2. 424, l. 30. *A.* 272, l. 18, 28. 410, l. 17, 22. *B.* 343, l. 36. 236, l. 29. *C.* 342, l. 32. 147, l. 16. 172, l. 32, 37, 41. 253, l. 43. 154, l. 10, 17, 22, 38. 158, l. 18. 155, l. 23. 173, l. 1, 22.

17. Asserunt, Christum sanguine suo acquisivisse & præparasse medicinam ad sanationem omnium ægrorum necessariam, sine discrimine an omnes ægri ea usuri sint an secus: Omnes tamen ægros ejus medecinæ beneficio non velle sanari: pag. 146, l. 31, 34. 150, l. 41, 43. 247, l. 20, 29. 419, l. 20. 413, l. 35. 193, l. 5. 410, l. 17. 239, l. 40.

18. Asserunt, Christi intentionem fuisse, sufficiente *Gratia*, omnes & singulos homines *liberare*, *redimere*, *mundare*, Deo *reconciliare*, *conservare*, sed rem multo aliter apud multos propria ipsorum culpa, excidisse; liberæ scilicet ipsorum *cooperationis* & *applicationis* actualis defectu: pag. 158, l. 17, 40. 166, l. 37, 43. 154, l. 24. 169, l. 10. 154, l. 17, 22. 413, l. 35. 173, l. 1, 22. 146, l. 33. 421, l. 27. 254, l. 2, 15. 255, l. 30. 155, l. 29. 156, l. 34. 255, l. 28, 32. 253, l. 34.

19. Mundi *servatorem* similem faciunt *medico*, qui remedio adversus omnes morbos instructus, ingenti omnes sanandi desiderio, medecinam omnibus acquisitis & vocatis offert, ægros omnes ut se patiantur sanari invitans: Sed quem medicum ægri ut libere possunt admittere, ita & libere possunt rejicere & propulsare: pag. 149, l. 27. 418, l. 17. 413, l. 35. 84, l. 17. 161, l. 20. 162, l. 23. 150, l. 43. 147, l. 16. 146, l. 30. 248, l. 35. 253, l. 2. 273, l. 22. 155, l. 29.

20. Asserunt, *Christum* omnia sua *bona*, omniaque *media* sanguine suo acquisita,

omnibus

omnibus hominibus ex æquo offerre & communicare: *Viresque simul* conferre, quarum beneficio ad eorundem voluntariam *fruitionem* pertingant omnes, qui ipsi in mora & culpa non sunt. Neminem enim esse omnium mortalium qui defectu beneficiorum Christi & sufficientis *Gratiæ* pereat: pag. 413, l. 32. 419, l. 20. 83, l. 43. 275, l. 42. 181, l. 28. 162, l. 23. 178, l. 32. 173, l. 13. 176, l. 32. 150, l. 41. 166, l. 4. 154, l. 17, 22. 147, l. 16. 238, l. 6, 10, 25. 345, l. 37. 296, l. 7. 265, l. 5. 245, l. 20. 358, l. 1, 12, 32. 255, l. 28. 253, l. 34. 419, l. 20. 413, l. 35. 176, l. 31. 162, l. 2. 251, l. 30.

21. Asserunt, bona sanguine Christi acquisita, ejus esse naturæ, ut ea omnia ab homine libere vel recipi possint vel reijci: neminemque ex iis ullam posse utilitatem capere, quam qui iisdem prius cum desiderio, ac famens & sitibundus utitur, eaque libere sibimet ipsi applicat: pag. 158, l. 17, 32. 275, l. 42. 266, l. 38. 255, l. 41. 146, l. 30. 348, l. 9. 354, l. 2, 32. 243, l. 33. 271, l. 22. 147, l. 16. 241, l. 9. 154, l. 17, 22. 237, l. 40. 253, l. 43. 254, l. 2, 15. 253, l. 4.

22. Asserunt, per Christum, ut quoque per Dei voluntatem, & dextræ ipsius potentiam, neutiquam stare quo minus omnes & singuli homines omnibus Christi bonis ipso actu potiantur, naturæ divinæ *reipsa* reddantur participes, atque effugiant corruptionem: pag. 419, l. 20. 360, l. 26. 158, l. 17, 32. 193, l. 5. 162, l. 23. 181, l. 28. 281, l. 13. 150, l. 41. 248, l. 33, 35. 264, l. 44. 162, l. 2. 253, l. 36. 156, l. 34. 161, l. 15, 42.

23. Tradunt, Deum fidem, omniaque bona opera præparere; At nulla alia ratione, quam præscribendo, proponendo, incitando. Item, *Deum* vocare, orare, obtestari, hominemque ad omnes muneris sui partes fideliter complendas, amice & suaviter invitare: Pollicitationibus, persuasionibus & comminationibus, *mille modis* trahere, urgere, tangere, & movere: Denique hominem cohortari ne qua parte in mora aut culpa sit: At eum, servatis proprietatibus naturæ in homine ipso, ultra nihil posse: pag. 99, l. 14. 384, l. 40. 257, l. 8, 31, 36, 39. 352, l. 11, 20, 30. 354, l. 2, 32. 344, l. 10, 25. 301, l. 17. 270, l. 15, 28. 260, l. 36. 358, l. 25. 166, l. 3. 352, l. 10, 19. 360, l. 34.

24. Tradunt, hominem ante suam conversionem esse ægrum, vulneratum, & saucium: Ac medicum libere vel admittendi, vel aspernandi facultatem, ægro & vulnerato nulla verisimilitudine posse eripi: pag. 255, l. 34, 41. 149, l. 28. 146, l. 33. 249, l. 38.

25. Tradunt, hominem nullo validiori Deo indigere, quam qui *suasionibus* operatur; Illam enim operationem in novo fœdere sufficere & satis esse vehementem: pag. 260, l. 36, 43. 253, l. 34. 258, l. 16, 35. 255, l. 28. 270, l. 15. 251, l. 31. 261, l. 8. 278, l. 42. 241, l. 30. 272, l. 22. 344, l. 4, 10, 25.

26. Deum Spiritum Sanctum alium nullum noverunt, quam qui omnibus acquisitus, singulis offertur: Et quem quidem Deus ex sua parte paratus est

dare:

dare: At quem multi repellunt, eademque facilitate ſupprimunt & ſuffocant: quia omnipotente virtute nihil quicquam in quoquam unquam operatus eſt. Adhæc, qui ubicunque pulſat, ibi non intromittitur, neque ubicunque vult intrare, illuc intrat: pag. 181, l. 28. 419, l. 20. 266 l. 38. 358, l. 1. 162, l. 23. 248, l. 33. 281, l. 13. 413, l. 9, 35. 84 l. 7, 17. 266, 32. 306 l. 15.

27. Tradunt, Dei *divitias*, *vitamque & Spiritum*, omnibus promiſcue communicari: At licet dona hæc nemo accipiat, ſibique applicet, citra liberum liberè volendi poteſtatis interventum; Nihilominus tamen pro accepta vita, & *Spiritu* libere admiſſo, agendas eſſe gratias: Quia diſcipulus præceptori ſuo acceptum ferre debet illum ſuum profectum, ad quem etiam ipſius ſtudium requiritur, non minus, quam ſi is aliter illata vi per infundibulum ei eſſet infuſus: Quia quoque mendicus gratias debet, etiamſi accipiat libere quod ei datur ex liberalitate non minus, quam ſi manui ejus obtrudatur aut veſtibus ejus aſſuatur irreſiſtibiliter: pag. 281 l. 13. 248, l. 34. 181 l. 28. 283 l. 20 22. 178 l. 32.

28. Affirmant, ut in intelligendis, ſic in condemnandis & cõprimendis quinque ipſorum articulis, eos omnes in errorem rapi, & a ſcopo aberrare, qui diſcrimen inter mediorum & bonorum Chriſti acquiſitionem, & eorundem actualem voluntariam *fruitionem*, accuratiore cura non annotarunt: pag. 147, l. 16. 261, l. 5. 243, l. 33. 229 l. 6. 254, l. 2, 15. 176 l. 24, 28. 154 l. 17, 22. 273, l. 22. 344 l. 10, 25.

29. Tradunt, in omni fœdere eſſe contrahentes: fœderis vero eam eſſe naturam & proprietatem, ut in illo contrahentes ad aliquid faciendũ & omittendum utrinque ſeſe obligent; Ac in novo fœdere, priorem fœderatum ex ſua parte, vincibili virtute *agere & conari*: Alterum operari libera *volendi* poteſtate. Hinc nullam Dei *promiſſionem*, nullam actnalem *redemptionem*, *reconciliationem*, *ſanationem*, *peccatorum remiſſionem*, nullam vitæ, nullam ullius boni donationem, nullam *Spiritus* acceptionem, aut *manſionem & cohabitationem*, produci poſſe, niſi condicionalem; Id eſt, niſi quæ ſit cum condicione ab homine præſtanda, antequam Deus faciat id quod pollicetur: pag. 352 l. 14, 30. 241, l. 4, 26 30. 270, l. 10. 260 l. 34. 301, l. 17. 264, l. 26. 352, l. 11, 17, 20. 255 l. 28. 354, l. 2, 32. 269 l. 36. 250, l. 34. 348, l. 9. 360, l. 10. 358 l. 12. 350 l. 20, 25. 266 l. 28. 177 l. 33.

30. Tradunt, Priorem fœderis ſociũ qui ſolo conatu, *ſuaſionibus*, & *alliciendo* operatur Spiritum ſuum quidem offerre, At hominem *ipſo actu* liberè operari, & Spiritum oblatũ libere aut faſtidire aut accipere & conſervare, prout vult: pag. 358, l. 10. 301, l. 17. 270 l. 15, 20. 248 l. 35. 344 l. 10, 25. 231, l. 4, 19. 243, l. 24. 247 l. 20 28. 252 l. 43. 245 l. 20. 266 l. 38.

31. Aſſerunt, ſi homo à ſua parte condicionem requiſitam *ante* non præſtet

etiam

etiam ex altera parte Deum id quod pollicetur nunquam præstiturum, sive Condicio illa expressa sit, sive non sit: Quia eventus docet rem ita intellectam & putatam à Deo fuisse: pag. 350, l. 12, 20, 25. 253, l. 34, 43. 243, l. 39. 358, l. 10, 12. 177, l. 37. 237, l. 29. 352, l. 30. 238, l. 6, 10, 25.

32. Asserunt, qui semet ipsum non custodit, eum non esse, vel desinere esse Dei filium: Quia Deus depositum nostrum non custodit, nisi & nos depositum ipsius fideliter custodiamus: pag. 382, l. 43. 383, l. 5. 372, l. 17. 371, l. 16, 30.

33. Tradunt, *fidem*, omnemque *operationem actualem*, esse opus libere *volendi* potestatis: Alioqui si cum ipso fidei actu ita se res haberet ut imaginantur Calvinistæ, tum hominem nihil aliud fore quam nudum instrumentum, motu proprio destitutum: quin fore instar tubarum in Organo pneumatico, quæ per se sonum non edunt: Deum vero per *Spiritum* suum in homine modulaturum, & cantum prolaturum instar venti fistulas in Organo inflantis: pag. 281, l. 22, 35. 245, l. 21, 24. 376, l. 20, 30. 379, l. 34. 281, l. 28.

34. Tradunt, *Omnipotente* virtute nullum in hominem *donum* conferri posse: Cum, 1. ob naturam *donorum* quæ rationali Creaturæ dantur, quæ talia proprie sunt, ut ea libere vel recipi possint vel rejici, sic ut proprie donum non sit quod non potest rejici. Tum, 2. quia omnia illa quæ Deus ab homine requirit, ab ipsomet homine libere aut præstanda sint aut omittenda: pag. 243, l. 33, 39. 271, l. 22. 238, l. 6. 270, l. 28. 251, l. 31. 237, l. 29. 275, l. 42.

35. Asserunt, fieri non posse *ut omnipotentis* virtutis beneficio quispiam quæsitorum Christi bonorum fiat particeps: Cum, 1. quia Christi bona non sunt ejus naturæ, ut necessario cuiquam obveniant: Tum, 2. quia libertas voluntatis, & *voluntaria actio*, qua homo omnia Christi bona libere aut accipit & sibi ipsi applicat aut fastidit, per *omnipotentem* virtutem funditus tollitur atque annihilatur. Quæ tamen libere aut accipiendi aut aspernandi facultas, homini salva maneat necesse est; quia essentialis est ipsius animæ & naturæ humanæ pars, quam Deus homini non ademit. *Nisi animo concipientes* urgentem necessitatem Stoïcam, velimus *Gratiam* naturam suam plane amittere, neque amplius *Gratiam* esse, sed *cogentem necessitatem*, quæ naturam humanam non emendet, sed tollat ac destruat: pag. 172, l. 32, 37, 43. 173, l. 1, 22. 231, l. 4, 19. 243, l. 34, 42. 260, l. 19, 22. 381, l. 12, 32. 261, l. 4, 9. 166, l. 37, 43. 251, l. 30. 253, l. 31, 43. 229, l. 37. 252, l. 37. 250, l. 22, 34, 37. 270, l. 28. 422, l. 7. 248, l. 20. 258, l. 40.

36. Docent, se *Gratiam Dei* aliam nullam agnoscere, quam sufficientem: Id est, cujus *actio*, *vis*, *& operatio*, à libera hominis *volendi* potestate, *impediri*, *averti*, *& propulsari* semper potest: pag. 413, l. 9, 35. 269, l. 36. 231, l. 4, 19.

344,l.10,25. 260,l.33. 252,l.43. 253,l.4.

37. Tradunt, *Deum* in homine omne bonum operari, sed non sine homine; ac proinde neque id efficere inevitabiliter : *Hominem* vero omnis quod cogitari possit boni, reipsa, atque ipso applicationis actu, fieri compotem, sola sua naturali libere *volendi* potestate: pag. 255,l.28. 229,l.6. 254,l.2,15. 269, l.44. 267,l.39. 238,l.6,10,25. 245,l.20,23. 243,l.9,33. 247,l.28. 281, l.18,28. 154,l.17.

38. Asserunt; falsum esse, Deum Omnipotentem homini *Vitam ac Spiritum* omnipotente sua vi infundere, eademque virtute hominem *conservare*; Idcirco ejus probationem & documentum se expectare : pag. 380,l.20. 422, l.26. 232,l.37. 370,l.12. 372,l.17. 236,l.22,27. 342,l.32.

39. Asserunt, mundum in duas, fœtentium puta *Hircorum*, & *Ovium* Christi strues, non distingui; quam ubi condicio requisita, ut de oblato *Spiritu* accipiendo & custodiendo, libere prius aut contempta est aut præstita : pag. 176,l.28. 157,l.13,15. 266,l.38. 372,l.17. 423,l.39. 269,l.16. 379,l.34.

40. Gloriantur, se absolutam *Prædestinationem*, cum omnibus Capitibus ei adnexis, non ex parte tantum sustulisse, sed subvertisse funditus : Eam hac de causa, non satis esse validam, ad omnem illam reliquam structuram quæ ex ea una deducitur, sustinendam : pag. 162,l.29. 272,l.19, 428,l.27. 361, l.23. 388,l.30,38. 178,l.5. 348,l.4,6. 82,l.22,36. 426,l.30,33.41.

41. Tradunt, esse decretum Prædestinationis, fidelium ad vitam, & infidelium ad mortem; At hoc *servandi, cœlo donandi, & damnandi* decretum, non esse ejusmodi ut *Omnipotente* virtute perficiatur : Sed ejus esse generis & naturæ, ut sola administratione sufficientium & potentium mediorum, liberoq; eorundem aut usu aut neglectu consummetur: pag. 416,l.12. 95,l.19. 272, l.25,30. 260,l.30,34. 410,l.17,22,28. 257,l.8,28,39. 265,l.7. 413,l.35. 420,l.5. 86,l.30.

42. Tradunt, quod forti & potente brachio perficitur, id ad illud servandi, cœlo donandi, & damnandi decretum, quod vincibili tantum virtute consummatur, ut quoque ad hoc consilium Dei, de quo ipsi loquuntur, qui longe alius est naturæ, haud apposite accommodari : pag. 273,l.28,32. 95,l.19. 410,l.17. 272,l.22,30.

43. Asserunt, *Actualem* acquisitorum bonorum voluntariam *fruitionem*, antecedere aliquam hominis actionem : Oportere enim ut homo, serio liberationis voto, *vitam*, aliaq; bona acquisita, *prius* desideret, eaq; esuriat, sitiat, & quærat: Utque *Spiritum* quem Deus paratus est dare, non quidem supprimat aut suffocet, sed accipiat: ut quoq; à mortuis ipsemet resurgat, ac in suæ *vivificationis & reconciliationis* opere perficiendo, Deo libere cooperetur : Omnia enim hæc, sed et alia plura, Christum exigere, & desiderare in eo quem

ullis

ullis suis donis benedicturus est: 253,l.43. 245,l.20. 358,l.12. 251,l.31. 281, l.22. 267,l.39. 254,l.2,15. 173,l.1,22. 275,l.2,17,41. 374,l.8,11. 147,l.16.

44. Tradunt, omnes in universum homines Christo debere vivere: atq; omnibus dicendum esse, *ne peccate. A mortuis resurgite. Facite ut obedientia vestra semper praecedat*. Si tamen contingat vos peccare, cavete ne desperetis, Nam habetis Iesum Christum advocatum, nimirum, si in peccatis positi, ante vobiscum statuatis deinceps non peccandum : pag. 119,l.27. 177,l.32. 255, l.28. 253,l.34. 177,l.35. 172,l.13. 169,l.9. 176,l.31. 178,l.31.

45. Asserunt, nos quantisper hic sumus, *famere* semper & *sitire*: Eosque qui ita fament & sitiunt beatos dici, Matth. V. At eosdem posse à bibende abstinere, & à fide totaliter excidere : Servari vero, hac lege ut tandem ante mortem fides ipsis reddatur : pag. 355,l. 28,36. 361,l.37.

46. Tradunt, Condicionem antecedentem, ut *fidem, perserverantiam, obedientiam, bonique* omnis operationem, ab homine exigere, & eam ipsam condicionem inevitabili ratione præstare, ea non cohærere : pag. 277,l.6. 177,l. 33. 241,l.5,9,30. 358,l.10. 243,l.9,18,24. 360,l.10. 99,l.13. 237,l.29. 238,l.8. 347,l.32. 371,l.16,30.

47. Asserunt, Iustum & infallibile signum *ovis* Christi, esse sanctitatem & justiciam, quæ ab eo qui audit filius Dei, in quo vitam vivit natura *divina*, non potest separari : pag. 379,l.33. 177,l.32. 119,l.27. 153,l.9.

48. Tradunt, sine præsente fidei & sanctæ vitæ actuoso actu, *fidem* non esse fidem : quam qui non habet vel perdidit, eum esse extra filiationem Dei: pag. 347,l.34,36. 340,l.40,43. 341,l.2,32. 379,l.34.

49. Tradunt, Christum *oves* etiam habere quæ pereunt, & nusquam affirmari, electos semper dilectos Dei Filios mansuros : pag. 157,l.15. 387,l.23. 342,l.32. 345,l.28. 385,l.9.

50. Tradunt, si homo qui ex Deo natus est, in fide non *perseveret*, tum *voluntatem* in hoc casu, plenam suæ defectionis esse causam, ut quæ ex nulla alia causa dependeat, sed ex se libere agit quod agit: pag. 344,l.12. 347,l.32,35. 377,l.33. 383,l.5,40. 356,l.30,33. 371,l.16,30. 373,l.22,27.

51. Tradunt, Gazophylacium & Thesauros *Gratiæ* Dei, omnibus apertos esse & expositos : ac perseverantiam uni non minus quam alteri eorum qui vitam libere elegerunt, obvenire : Tamen, ubicunque certamen est, ibi esse periculum jacturæ, & calamitatis ac stragis : pag. 181,l.28. 420,l.5,22. 354,l.20. 237,l.36,41. 385,l.9. 371,l.16,30. 345,l.28.

52. Asserunt, Christum judicem, prioris status hominis fidelis, qui indolem *generationis divinæ*, vita & moribus ei indoli respondentibus, semel declaravit, nullam habere rationem, non magis, ac si is ipsius *ovis*, aut Filius Dei, nunquam fuisset, si ad finem usque in priori statu, & in prima resurrectione,

non perſeveret: pag.375,l.4. 364,l.28. 382,l.38. 340,l.40. 385,l.15. 255,l.28. 253,l.34. 157,l.15.

53. Aſſerunt, Reſurrectionem primam vincibili virtute fieri, & initium habere ab opere quod Deus ipſi homini præcipit. Atque in eos qui in hac reſurrectione habent partem, mortis nullam eſſe vim, *hac lege* ut in prima reſurrectione conſtanter perſeverent: In quem finem ipſis quoque dextram ſuam Deus perpetuo offert: Tamen, quia homines in mora & culpa ſæpe ſunt, etiam Deum finem quem intendit non ſemper conſequi, & dextram ſuam non raro fruſtra impendere. Nam quæ illa ſit obedienta ad quam homo inevitabiliter impellitur, ſe ignorare: pag.255,l.30. 253,l.34. 385,l.14. 358,l.3. 273,l.24. 193,l.5. 238,l.8. 275,l.42. 281,l.35.

54. Tradunt, *Deum* homines *Spiritu* ſuo velle donare, non ut is cito rurſus diſcedat, ſed ut in æternum apus eos maneat, *hac lege* ut in vita ſuperſtites, ij ipſi qui ſunt ſemper maneant: At dum mortales munere ſuo non funguntur, *Deum* optatum finem non ſemper aſſequi: pag.358,l.1,4,32. 370,l.11, 15,21,28.

55. Tradunt, Deum æternũ ſuum de hominibus *ſervandis & damnandis* decretũ, nulla niſi vincibili virtute conſummare, Qui vero ad hominis *conſervationem* quid validius, aut ad ejuſdem *damnationem* juſtius quid agat, nullum alium Deum uſpiam reperiri: pag.410,l.17,22,28. 272,l.30. 269,l.36. 84,l.7, 17. 162,l.29. 82,l.36. 178,l.5. 348,l.4. 419,l.20. 237,l.40.

56. Aſſerunt, Eum qui Filius Dei eſt, ſemetipſum coſtodire, ne computreſcat atque emoriatur: Tamen, ipſam *ſeminis* Dei vitam poſſe interire, & per inde ipſum quoque *Spiritum*: pag.383,l.4. 371,l.17, 30. 382,l.42. 266,l.38. 381,l.12,32. 266,l.32. 306,l.15.

57. Tradunt, *Spiritum Sanctum* non moriturum, neque hinc diſceſſurum ante conſummationem ſeculi. Atque ejus nihil aut parum intereſſe, ſi dicamus, Regeneratos excidentes, non iterum reſtitui, ſed ſicut qui ſemel nati ſunt, mori & *perire*: pag.357,l.30. 383,l.39. 384,l.19,34. 242,l.1. 157,l.15.

58. Tradunt, *Doctrinam* quæ fidem præſcribit, & ad *bona opera* incitat, eſſe ultimam & glorioſiſſimam *patefactionem*, ante & poſt quam nulla melior vel glorioſior, vel ulla alia eſt expectanda: pag.99,l.13. 384,l.40. 355,l.27, 35. 375,l.5.

Hac ratione omnia iſtius monſtroſiſſimæ impietatis Capita inter ſe, ut in catena annuli, cohærent. Quare pauca hæc, Argumento ſint vel evidentiſſimo, quinque Remonſtrantium articulos, Religione Chriſtiana funditus repudiata, nihil quam execrandam Sacro ſancti Dei nominis profanationem ſpirare: Quorum impietas & merus atheiſmus, qua animi deteſtatione meritiſſime execrari à quovis debeat, id nos pij exercitati Lectoris judicio, volumus relictum. At,

Laus & honor noſtro ſoli ſit gloria Chriſto, omnis qui ſolus fons & origo boni eſt.

Pſal.68,1. *Surgente Deo diſperguntur inimici ejus, & fugiunt infeſti oſores ejus à conſpectu ejus.*

